Premysliense extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante. Semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere alium praefatum luere Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad evictorem vel alys quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem praeterea ultra proximos officij praefati Castrensis Capitaneatus Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalys Iuris praescriptione Terrestri bello conventioneq ac alys omnibus Iuris remedys et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis evadendo Hac sua Inscriptione praesenti personaliq Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Popiel Oleszkowicz Consorti Reformat.

792

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premysliensis Nobilis Basilius Popiel Oleszkowicz, Nobilis Pauli Popiel Oleszkowicz cum Nobili olim Tasia Sobanska Consorte eius legitima procreatq filius sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis proprys et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneatus Premysliensis Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus, bonisq suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam, libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Hedwigi Bandorfowna Nobilis Stanislai Bandorff cum Nobili olim Anna Kuatniowska Consorte ipsius legitima procreatae filiae, sui vero Recognoscentis Consorti legitimae eiusq posteris summam Quinquaginta florenorum polonicalium rone

Veri dotis et expeditionis post ipsam acceptae, et in domum suam importatae, nec non aliam similem summam Quinquaginta florenorum polonicorum ratione certi, Veri, insti, et liquidi dotalitij, in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium, haereditariorum obligatoriarum mobilium et immobilium summarumque quarumuis pecuniarum nec non auri argenti clenodiorum Unionum Margaretarum Vestium Vestimentorum Stanni aeris cupri orichalci pecorum pecudum equorum equiream, ac totius suppellectilis domesticae nunc habitae et in post habendarum, dedit, dotauit, dotalitiauit, inscripsit et reformauit, prout dat, dotat dotalitiat, inscribit, et reformat praesentibus per ipsam Nobilem Hedwigim Bandorfowna sui recognoscentis consortem legitimam et ipsius posteros, eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium, cum Uniuersis ipsis Utilitatibus et Usufructibus, competentiaque et praerogatiua quauis tenendi, habendi et possidendi illisque quiete et pacifice Usufruendi ac ad Usus suos, et suorum successorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter conuertendi, Vigore ac more aliarum Reformationem hac tenus et diutius in Regno Poloniae obseruari solitarum.

Strzelbicki Zyhalowicz Consorti Reformat.

793 Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Zacharias Strzelbicki Zyhalowicz Nobilis olim Iacko Strzelbicki Zyhalowicz cum olim Nobili Marina Grodzowska Consorte eius legitima procreatus filius. Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Nobili Fenna Popielowna Nobilis Pauli Popiel Oleszkowicz cum Nobili olim Iasia Sozanska Consorte ipsius legitima procreatae filiae sui vero Recognoscentis Consorti legitimae eiusque posteris summam Quinquaginta florenorum polonicalium ratione verae dotis et expeditionis post ipsam